



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Festa c[a]elebrare debemus propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

dum est, immunditia cordis, & corporis. Vnde ob hoc filius prodigus **Luc. 15** dicebat. Non sum dignus uocari filius tuus, &c. Et Paulus ad Ephesios. **Eph. 5** Omnis fornicatio, aut immunditia, aut auaritia quod est idolorum seruitus, &c. Tertium est disciplinæ abiectio. Vnde Paulus ad Hebræos. quod **Heb. 13** si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filii estis. Propterea in proverbiiis admonetur. Tene disciplinam, ne dimittas, &c. Quartum est peccati mortalis perpetratio. **Deut. 21** Peccauerunt ei, & non filii eius in foribus, &c. Et Io. in sua epist. **1. Io. 4** Qui facit peccatum ex diabolo est, &c.

Festa celebrare debemus propter quatuor.

Primo propter dei iussionem. **Exo. 20** Memento ut diem sabbati serues. Secundo, propter dei promissionem. **Isa. 56.** Quicumque custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & illud erit sabbatum ex sabbato. Tertio, propter dei comminationem. **Num. 15.** Præcepit Dominus colligentem ligna in sabbato la-

pidari. Quarto propter nostram uacilitatem, ut melius possimus uacare orationi, & contemplationi, non comestationi, & potationi, sicut multi faciunt, qui putant festorum domesticam celebritatem consistere in comestationum & ebrietatum amplificatione, quod est magis festa uiolari. *Ne de Tren. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Amos. Odi, & proieci festiuitates uestras. quasi dicitur, non meas. Ideo dicitur in Luca quod Iesus amissus est in die festis, quia multi in festis diebus quando uerberent se magis coniungere Deo per cōtemplationem, & orationem, amittunt Iesum id est salutem.*

Fugere debemus quinque.

Hier. 51

Primo, Mundi uanitatē. *Hier. Fugite de medio Babylonis, & saluet unusquisque animam suam.*

Ioan 6.

Secundo mundi honores, sicut Dominus qui fugit in montem. *Ioan.*

Hieron.

Vnde D. Hieronymus. Fuge honores, quos sine honore tenere non potes. sublimitas enim honorum, & dignitas scelerum est. Tercio uacilitatem carnis, sicut Ioseph de rellin palio fugit egyptiacam. *Requiritur*

Gen. 22.

Requiritur